



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

388. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Require in primo libello, cap. cxciii.

De eadem re. *Ex Concilio Aurelianensi.*

CCCLXXXVIII. Ut nulli civium Paschæ, Natalis Domini, vel Pentecosten sollempnitates liceat in villa celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

Concil. Aurelian. 1. c. 25.

De eadem re. *Ex Concilio Agathensi.*

CCCLXXXIX. Ut cives qui Paschæ, Natalis Domini, vel Pentecosten festivitibus Episcopis interesse neglexerint in civitatibus suis accipiendæ communionis vel benedictionis gratia, qui hoc neglexerint, triennio communione priventur.

Conc. Agath. c. 63.

De Decanis per parrœchias mittendis.

Ex Concilio Rotomagensi.

CCCXC. Ut populus admoneatur ut in dominicis & festis diebus omnes ad vespervas & nocturnas vigiliis & ad Missam omnimodis occurrant. Et ut Decani in civitatibus & in vicis publicis viri veraces & Deum timentes constituentur, qui desides & negligentes commoneant ut ad Dei servitium absque occasione properent. Et ut ipsi Decani sacramento adstringantur ut nulla interveniente causa, scilicet aut amoris, aut timoris, aut propinquitatis, aut muneris, negligentes & transgressores reticeant, quin sacerdotibus proprias eorum culpas manifestent. Sacerdotum autem erit ita eorum vitia zelo & amore divino

Burchard. lib. 2. c. 239.